

FRANCE PREŠEREN

NON FORTUNA

*Non, Fortuna, dehinc, invida, eheu, mihi,  
ex ore exciderit vocula te increpans:  
iam tandem didici, gratia dis, pati,  
vitae carcer, inire omne malum tuum.*

*Insuevere umeri ferre onus non leve  
nec fastidit amarum os calicem frui;  
obductus corio iam dolor est meus,  
spinosa ferulae non paveo minas.*

*Torpent articuli, membra rigent mea,  
cordis vivida vis vertitur in petram,  
aerumnarum animum vincula perdomant.*

*Profugit metus, en, spes mala cum metu:  
seu mulcebis abhinc, seu feries vaga,  
truncum me invenies, Fors dea, torpidum.*

Prevedel Anton Sovrè